Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sub ammadusionis sententia Gregorius mori permiserat. per salutare hostiam a supplicio liberarat. xv

Sed quia isdem venerabilis pater quemadmodum tribus triori fuerit expertam tetigi. qualiter eorum exemplis idem peccerint breviter mirandum putavi. Frater quidam in eodem monasterio. Gregorio antonomasi nomen sedulo adhebat. Qui tanti patris verbis exemplisque commonitus. multis cotidianisque lacrimis ad gaudia patrie celestis anhelabat. Cuique studiosissime et cum magno fervore desiderii sacra eloquia dum Gregorio scrutaretur. non in eis verba sciencie sed fletum compunctionis querebat. quatenus per hec meditata mens eius exardescet. et ima deserens. ad contemplacionem celestis patrie pervolaret. Huic per nocturnam visionem dictum est parata esto. et quia dominus iussit migra. Cuique ille non habere se superiorem ad migrandum dicet. responsum primus audivit dicens. Si de petis tu illi agitur. dimissa sunt. Quod dum semel audisset. et magno adhuc metu trepidaret. nocte quoque alia in eisdem est verbis animonitus. Post quinque vero diebus febre correptus. cunctis fratribus flentibus oratoribusque defunctus est. xvi

In eodem monasterio frater quidam Geroncius dicebatur. Qui dum gravi molestia corporis fuisset depressus. in visione nocturna albatos viros et claros omnino habitu. in hoc ipsum monasterium descendere de superioribus aspexit. Qui dum coram lecto iacentis assisterent. unus eorum dixit. Adhoc venimus ut de monasterio Gregorii quosdam fratres in milicia mittamus. atque alteri precipiens dixit. Sicte marcellum valentinianum agnellum. atque alios quorum ego cognicionem non habeo. Quibus expletis addidit dicens. Sicte et hunc ipsum qui nos aspicit. Ex qua visione Geroncius certus effectus. monasterio morituri. seque illos continuo sequturum. Cum die alio predicti fratres mori ceperunt. atque sub eodem ordine se in morte sequti sunt. quo fuerant in descripcione nominati. Ad extremum vero et ipse obiit. quod eosdem fratres morituros previdit. xvii

Quis etiam frater in eodem monasterio merulus dicebatur. vehementer lacrimis atque elemosinis ex Gregorii viri venerabilis doctrina intentus. Psalmodia vero ore illius pene nullo tempore cessare consueverat. excepto cum aut alimentum corpori. aut membra dedisset sopori. Huic nocturna visione apparuit. qua ex albis floribus corona de celo in caput eius descendit. Qui mox molestia corporis occupatur. cum magna securitate animum atque hilaritate defunctus est. Ad cuius sepulchrum dum per annos quatuordecim Petrus qui pontificatus isti Gregorii tempore monasterio eidem prefuit. sibi sepulturam facere noluisset. tanta de eodem sepulchro fratris meruli fragrancia suavitatis emanavit. ac si illic florum omnium fuissent odoramenta congesta. Ex qua re patuit. quia veritas fuit. quod per nocturnam visionem tanti patris discipulus vidit. xviii

Quis quoque in eodem monasterio iohes dictus est. magne indolis adolescens. quem etatem suam intellectus et humilitatis dulcedine. et gravitate morum immente Gregorio trascendebat.